

*Prokurator des Trierer Klerus. Neue Supplik für den Klerus.*

*Kop. (vom gleichen Schreiber): Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 77<sup>v</sup>–78<sup>r</sup> und f. 80<sup>r</sup>–81<sup>r</sup>.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 30 Nr. 50 und 165f.*

Zum Datum s. Meuthen a.a.O. 30. Der angerechte reverendissimus pater ist nach den Quadruplikationen Nr. 184 der Vizekanzler Kardinal Johannes (*de Rochetaillée*). In eben diesen Quadruplikationen heißt es vom conceptor dieser neuen Supplik: tamquam rabi se iactat habere. Auf diese und eine weitere (unter Nr. 183) näher zu besprechende Bemerkung antwortet der Prokurator des Klerus in seinen Replikationen Nr. 185: Ymmo licet — expressit (s.u. Nr. 185 Z. 38–41). In den Quadruplikationen ist an der auf die neue Supplik Nr. 180 sich beziehenden Stelle von NvK keine Rede. Der Verfasser der Replikationen Nr. 185 bringt die auf NvK abzielende Bemerkung zu den Duplikationen Nr. 183 mit der Stelle aber so in Verbindung, daß er auch für die Bemerkung zu den Duplikationen voraussetzt, die Gegenseite habe die Verfasserschaft des NvK für die neue Supplik angenommen. Im übrigen gilt, was in der Vorbemerkung zur vorigen Nummer über die inhaltliche Bestimmung aller dieser Schriftsätze durch NvK gesagt worden ist.

In der ersten Supplik des Trierer Klerus, aufgrund derer nunmehr vor dem Konzilskommissar Ludewicus de Garsiis verhandelt werde, in qua clerus diocesis dominii temporalis dicte ecclesie seu maior eius pars per illos, qui in commissione huiusmodi procurarunt, comprehensus credebatur, heiße es nur ‘clerus Treuerensis’, et sic clerum diocesis predicte non comprehendi dubitetur. Cum tamen clerus diocesis ipsius de dominio predicto saltem in parte causas nullatum et appellacionum huiusmodi prosequi intenderit et intendat ac in parte iam processum extitit, ymo principalis intencio eorum, qui huiusmodi commissionem solicitarunt, ad impetrandum pro ipso clero diocesis et dominii predicti dirigebatur: Ne ergo propter premissam difficultatem processus huiusmodi ruere videatur et ad omnem ambiguitatem tollendum, supplicatur reverendissime vestre paternitati, quatenus prefato domino Ludewico aliquis in huiusmodi causa forsitan deputatis et deputandis iudicibus committere et mandare dignemini, ut causas . . . eciam per clerum vel singulos aut aliquos de clero dicte diocesis Treuerensis de dominio predicto contra dictum dominum Rabanum aliasque sua interesse putantes motas et movendas eciam perinde, ac si in dicta principali commissione comprehendere forent, in eis procedendo audiant usw. Unter clerus communis werde nämlich secundum communem usum loquendi in patria Treuerensi, nedum clerus civitatis Treuerensis, sed eciam diocesis Treuerensis verstanden.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Die Supplik erhielt die Signatur des Vizekanzlers (Kardinal Johannes de Rochetaillée): Audiat idem magister Ludewicus et admittat clerum diocesis, ut petitur, pro suo interesse, et iusticiam faciat. Plazet der Konzilspräkognitoren Patriarch V(italis) von Alexandria, Erzbischof Ph(ilippus) von Tours und Bischof F(ranciscus) von Pavia. Meuthen, Trierer Schisma 31 Nr. 51, 166.

⟨Job Vener.⟩ Excepciones contra instrumenta a notariis concilii recepta et producta.

*Reinentwurf: Rom, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 39<sup>r</sup>–42<sup>r</sup>.*

*Druck: Heimpel, Vener Nr. 48.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 31 Nr. 52 und (mit Auszügen) 83, 166–168.*

Zum Datum s. Meuthen a.a.O. 31. Zur Rede stehen die beiden Suppliken Nr. 128 und Nr. 180 und ihre jeweiligen Kommissionen (Nr. 176 und Meuthen a.a.O. 31 Nr. 51; s.o. Nr. 180 Anm. 1) und die Protestationen Nr. 143 in ihren jeweiligen Instrumentierungen durch die Konzilsnotare.

Er weist zunächst allgemein auf die unrichtige Tatsachenwiedergabe in diesen instrumenta hin. Sich Einzelheiten zuwendend, führt er aus, quod dictus Nicolaus quidam decanus assertus procurator principaliter inter alios est, qui huiusmodi tyraniam et rebellionem incitavit et procuravit ac incitat et procurat contra dictum dominum Rabanum fieri et in pretensis protestacionibus factis per eum, prout in scriptis

<sup>2</sup> quidam: quodam

fecit, licet nequiter, opere complevit. Nam ipse est, qui fecit et facit cum dictis pretensis instrumentis, quod interdictum positum auctoritate apostolica non servabatur et divina officia prophanabantur, scribens predictas pretensas protestaciones in volgari dansque intelligi simplicibus tam spiritualibus quam secularibus, quod interdictum positum servandum non foret et quod alma mater eosdem, quamvis false et mendose, relevaret. Et propterea ad eius instigacionem et procuracionem multi presbyteri, qui huiusmodi interdictum servarunt, fuerunt diversis formidabilibus penitentiis compulsi celebrare publice seu pocius prophanare missas, de quibus dictus Nicolaus Cancri predictorum factor coram deo ac huiusmodi sacro concilio et aliis una dierum fortassis reddet rationem. Et sic fuit et est verum.

Item dicit eciam, quod dicta pretensa commissio inserta in pretenso instrumento sit alia et diversa a pretensa commissione prima impetrata in huiusmodi causa et cum illa non concordat, et sic nichil ad factum. Et sic fuit et est verum.

Item dicit: quod in prima pretensa commissione dictus adversarius narrat, quod papa cassavit auctoritate apostolica omnes appellaciones interpositas et interponendas, causa fuit propter notoriam inobedientiam et rebellionem dicti Nicolai Cancri et nonnullorum aliorum, qui Romane ecclesie fuerunt et sunt notorie rebelles et de heresi non immerito suspecti et qui alios ad inobedientiam et rebellionem sedis apostolice et Romane ecclesie incitarunt, prout et de facto incitant...

Item excipiendo dicit, quod Nicolaus Cancri alias Kosa assertus procurator in prima pretensa protestacione dicit et protestatur coram omnipotenti deo et sancta sua ecclesia etc., quod cleris Treverensis dominii ecclesie eiusdem fuit promissimus et tunc erat obedire sancte matris ecclesie in omnibus et per omnia etc. Dictus procurator nomine predicto excipiendo dicit, quod aliud scribit in dicto pretenso articulo dictus Nicolaus et aliud fecit. Nam ipsem et incitat, nedium clericos, sed et laicos ad inobedientiam et rebellionem ecclesie Romane et mandatorum sedis apostolice. Et sic dictus Nicolaus est sibi contrarius, et non dubitatur, quod multi subditi dyocesis Treverensis fuisse promti obedire mandatis sedis apostolice, nisi dictus Nicolaus eosdem solicitasset et ipsos in reprobum sensum per sinistras suas perswasiones induxisset...

Item ad illud, quod eciam asserit in secunda pretensa protestacione, quod, licet processus declareret homines utriusque sexus etc., quod curati non desistent ministrare sacramenta etc., dictus procurator ... dicit, quod dictus executor habuit et hodie habet a sede apostolica plenum mandatum et potestatem procedendi contra quoscumque inobedientes et rebelles mandatorum apostolicorum, quales fuerunt et sunt dictus Nicolaus et eius ydolum, quod ipse dominum temporalem nominat, cum suis complicibus et sequacibus. Et in dicta sua pretensa protestacione satis videtur clare dicere, quod non curant ipse et alii censuras ecclesiasticas et penas a iure statutas ... ; et propterea contra tales ... tamquam contra suspectos de heresi deberet ... aliter procedi, quam processum existit, quia nimis benigne usque hodie fuit processum contra eos et ipsi non verecundantur in presencia tocius universalis ecclesie facere rebellionem contra ecclesiam Romanam et trufas, quas fecerunt et faciunt...

Item dictus Nicolaus tercio videtur protestari inter cetera, quod si contingat non servari interdictum, ut sibi et aliis fuit mandatum, quod non fiet in contemptum censorum etc. Dictus procurator ... dicit, quod dicti processus contra dictum Nicolaum Cancri et alios non fuissent facti, si ipsi ut catholici et veri filii ecclesie mandatis apostolicis paruisserent. Sed quia ipse et alii non sunt veri filii ecclesie, sed rebelles et inobedientes notorii ecclesie Romane et scismatici, propterea est processum sancte et iuste contra eos. Et cum ipse Nicolaus velit sustinere talem errorem et trufam notoriam, quam ipse procurat et sustinet, non est dubium, quod ipse et alii deberent tamquam devii a fide katholica ac tradicionibus sanctorum patrum iudicari et puniri...

Item eciam quarto videtur inter cetera mala malis acumulando protestari, quod quamquam usque tunc fuerat cessum a celebracione divinorum officiorum, quod non intendit, quod ulterius cesseret a celebracione etc. Dictus procurator ... dicit, quod ex confessione dicti Nicolai Cancri constat, quod presbyteri dyocesis Treverensis servarunt interdictum et fuerunt in hoc obedientes mandatis sedis apostolice. Et nunc dictus Nicolaus dicit, quod non obstante dicto interdicto celebrent divina officia etc. Dictus procurator ... dicit, quod ex predictis constat, quod illi, qui in hoc fuerunt obedientes mandatis apostolicis in servando interdictum, postea fuerunt inobedientes ad sollicitacionem dicti Nicolai, et non obstante interdicto ad eiusdem Nicolai instantiam multi presbyteri violarunt interdictum et prophanarunt divina officia. Et ecce, qualis ovis morbida, que omnes alias oves sua nequicia ac secta et temeritate infexit, et nonnulli, qui nolebant prophanare divina, ad instigacionem dicti Nicolai fuerunt ad id faciendum compulsi ...

<sup>19</sup> qui: que

Item dictus Nicolaus videtur ulterius protestari, quod scribet omnes supradictas protestaciones  
60 principibus electoribus, vicinis communitatibus ac aliis etc. in finem, ut cunctis pateat nichil temere  
attemptatum per clerum, sed semper hoc egisse et agere velle, quod cognoverit deo gratum, iuri et  
racioni consentaneum etc. Dictus procurator ... dicit, quod dictus Nicolaus est, qui huiusmodi litteras seu protestaciones in volgari ydolo suo predicto ad partes destinavit, qui deinde ad eiusdem direcccionem easdem misit per dyocesim Treuerensem et alibi, tam ad clericos quam laicos, et eosdem in-  
65 duxit et solicitavit ad inobedientiam et rebellionem sedis apostolice, et quod non servarent interdictum auctoritate apostolica positum et divina officia prophanarent, et hoc, quod ipse scripsit, opere complevit, et ubicumque dictos interdictos declinare contigeret, quod interdictum non servaretur. Et quod ista per dictum Nicolaum et socios suos sint temere atteptata et quod propterea graviter  
70 deberent puniri, hoc nullus discretus et ratione utens dubitat, quia, licet dictus Nicolaus in fine velit colorare trufas suas asserendo, quod ipse et alii egisse et agere vellent, quidquid cognoverint deo gratum, iuri et rationi consentaneum etc., et tamen non est deo gratum, quod ipse cum sociis suis sustineant ydolum excommunicatum notorie et inobedientis deo et Romano pontifici eius vero vicario. Item nec est consonum iuri, quod sint inobedientes ... Rabano archiepiscopo Treuerensi eorum vero pastori et prelato. Item nec est rationi consentaneum, quod ipse et alii a tanto tempore sint ...  
75 interdicti et ultimo contra eos auxilium brachii secularis invocatum. Et si ipsi fecissent ea, que deo essent grata ac iuri et rationi consentanea, ipsi et alii tyranni obedirent Romano pontifici et mandatis sedis apostolice, ac obedirent pure et libere ... Rabano ..., et non essent scismatici et de heresi suspecti, prout sunt ...

Item ad aliud, quod asseritur, quod dominus Iohannes abbas monasterii sancti Mathie per dictum  
80 Nicolaum fecit certam aliam protestacionem et propositionem etc., dictus procurator ... dicit, quod istud nichil ad factum. Nam dictus dominus abbas obedit pure et libere ... Rabano ... et tunc fuit sinistre inductus ad predicta faciendum per dictum Nicolaum. Ipse autem dominus abbas cognoscens viam veritatis fecit realem obedienciam dicto domino archiepiscopo et pecuit veniam de commissis et non curavit adherere trufis et tirannie dicti Nicolai et ydoli sui. Item et dictus dominus abbas  
85 non poterat facere dictam pretensam propositionem nomine aliorum, quia ipse non erat procurator cleri civitatis et dyocesis Treuerensis, et sic nichil ad factum ...

Ex quibus constat notorie, quod predicta pretensa producta partis adverse non nocent dicto domino archiepiscopo nec prosunt dicto Nicolao Cancri et eius ydolo ...

66 hoc: in hoc 84 tirannie: tirannia.

*<nach 1433 Juni 5, vor 1433 Juli 15.>*

Nr. 182

*Prokurator Rabans. Excepciones et replicaciones gegen die Klage des Gemeinen Trierer Klerus.*

*Unreiner Entwurf: ROM, Bibl. Vat., Ottobon. lat. 2745 f. 29<sup>ro</sup>, f. 32<sup>r</sup>, f. 34<sup>r</sup>; Reinentwurf: a.a.O. f. 35<sup>r</sup>-38<sup>r</sup>.*

*Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 31 Nr. 53 und 168.*

Zum Datum und zur wesentlichen Beteiligung des Prokurators Fructus Monte, sowie zum Verhältnis beider Entwürfe s. Meuthen a.a.O. 31. Als Excepciones wenden sich die Ausführungen gegen die Gültigkeit der Mandate für die Prokuratoren des Trierer Klerus Nr. 99 und Nr. 155, der zweiten Supplik und entsprechenden Kommission (Nr. 180 und Nr. 180 Anm. 1), sowie der Zitation Rabans (Meuthen a.a.O. Nr. 44). Als Replicaciones beziehen sie sich auf die Exzepitionen Nr. 179. Der Adressat ist laut Z. 22 einer der zunächst eingesetzten Konzilsrichter (s. Vorbemerkung zu Nr. 177), wohl der Bischof von Novara. Im folgenden sind nur die Artikel berücksichtigt, gegen die sich dann die Duplikationen Nr. 183 ausdrücklich wenden, damit deren Sinn verständlich wird. Zum gesamten Inhalt vgl. im übrigen Meuthen a.a.O. 168.

Et ad declarandum evidencius invalitudinem huiusmodi pretensorum mandatorum excipiendo dicit contra eadem et presertim contra primum, quod idipsum pretensem mandatum de anno domini M<sup>o</sup> quadragesimo xxxi<sup>o</sup> iuxta stylum civitatis Treuerensis computando et tercia die mensis ianuarii factum<sup>1)</sup> per subsequens mandatum pretensem alias in actis presentis cause productum et sub data anni millesimi quadragesimi xxxii vicesimanona mensis decembris<sup>2)</sup> dudum fuit et est revocatum, cassatum et annullatum.